Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



uolunt referre quae dictasunt. Locum istum inter puerantur; Mengen
tia pollicente. quod propter reuersionem populi mei iniudeam. omnia
cyro regnante subternam; Uae ei qui incredulus est. & non putat
uentura quae dico. Quasi silium & testa confricta. calumniatur figu
lum suum. Quare fabrica uel curta fabrica sine. & opus contra artificis loqua
tur manus. & patrem ac matrem calumniatur filius. cur in terram
naturae lege profusus sit; Cum igitur ego dns scs israel. plasmauerim
cyrum. & meaussione generatus sit. superfluum factus ambigere de fu
turis. quin potius nos sedebatis. Quod filios meos populum israel.
& opus manuum mearum non uestro arbitrio. sed mea uoluntate dispensem.
ut qui prius eis tenebras & malum creauit. nunc lucem & pacem tribuam;
Ego enim sum dns. qui non in uacuum creauit terram ut essa deserta. & squalida.
sed ut homines habitarent in ea; Ego extendi siue firmauit caelos. ut an
gelorum essent habitaculum. & stellarum eos uariate distinxit.
& imperauit singulis quo currerent ordinem. & dierum ac mensium annorum
diuersa spatia complerent; Quia igitur caelum feci & terram. quid
magnum est. si unum regem creauerim. qui mea mandata conseruet. &
omnis uia illius dirigam; Ipse enim iussurus est. ut aedificetur ciuitas
mea hierusalem. & ut captiui redeant in iudaeam. Non obpretium neque
munera. sed ob meam uoluntatem dicit dns deus exercituum;
Qui autem coepta ad xpm refert intellegentiam. sic explanationis sup.
uerba moderantur; Uae eis qui contra dicunt dm. & xpm non putant
es se uenturum. Quasi silium & testa. de testis contra dicat figulo suo.
Uae qui dicit omnipotenti patri quare genuisti filium. & mulieris caemaris
quid parturis; De qua scribit & apostolus. Quod xps fuerit de muliere
factus; sub lege; Haec ergo dicit dns scs israel. qui plasmauit in uirgi
nali utero saluatorem. Dicens per gabrihelem. spus scs ueniet
super te. & uirtus altissimi obumbrabit te; Quod autem nascetur
inde scm uocabitur filius dei; Interroga me de testa. & futurorum
secreta perquirit. & praecipiat mihi quomodo ad obtuos filios
qui in meum filium credituri sunt. debeam regere;